non ita pridem inscriptos, ad supplicem fratrum eiusdem Conven:
tus postulationem, et hanc quoque nouis curiis prefatis emptionem
approbari ratificari et libertatibus Ecclesiasticis ascribendam esse
existimauimus, prout iam exnunc approbamus ratificamus
et ascribimus nihil derogari priuiconcessioni nostris prefatis
imo eidem per omnia inhaerendo Curiamque predictam cum omnibus
eius attinen, fundis et aedificijs ab omni iurisdictione Secu:
lari, et ab omnibus contributionibus, censibus, oneribusque quo-
cunque nomine nuncupatis eximimus, liberamus et absoluimus
eamque per omnia eisdem libertatibus adiungimus, quibus re:
liqui fundi eiusdem Conventus a nobis muniti sunt. Insuper
vero pro nostra in eum ordinem obseruantia, volentes incremen:
ta eiusdem Ecclesiae et conventus in hisce initijs augere, ex
speciali gratia nostra eisdem Patribus et Conuentui prefato
Warsouien concessimus, ut possint et valeat molendinum per:
tile in nauiculis super fluuio Vistula instar aliorum nouorum
molendinorum extruere, et in eo frumenta omnis generis tam
pro conuentu quam etiam aliorum quorumuis hominum molere.
Et Praeterea in eodem Fluuio Vistula quouis genere retium
piscari, eamque in rem piscatorem (si illis ita placuerit) prop:
rium habere temporibus perpetuis absque ulla pensione nobis ad
curiam nostram soluen. Quod ad omnium quorum interest
et presertim Generosi Stanislai Zalinsky Capitanei War:
souien, necnon Famatorum Proconsulis et Consulum Nouae
ciuitatis prefatis Warsouien nunc et pro tempore existen
notitiam deducen, eisdem mandamus, ut presentem conces-
sionem nostram per omnia obseruent, obseruarique ab alijs curent,
neque ei ulla in parte contraueniant. In cuius rei &c

Mandatum ad cons. Posnanien.

Sigismundus et cetera

Famatis Proconsuli Consulibus Aduocato et Scabinis
ciuitatis nostrae Posnanien. Fidelibus nobis dilectis gratiam nostram
Regiam Famati Fideles nobis dilecti conquestus est apud nos
grauiter Famatus Lucas Kosmowsky Ciuis Posnanien
nomine Honestis Agnetis Famati olim Conradi Ryd Ciuis

108

Posnanien relicta vidua, sororis vero suae, quod cum non ita pridem praefatus Conradus Rÿd Torunii e vita excessisset condito vitae testamento, quo eidem consorti suae bona mobilia dono, imobilium vero usumfructum ad extrema vitae tempora concessit, et propinquis suis satis luculentas donationes assignavit, inquietari eam tamen a quibusdam ~~eisdem~~ eiusdem Conradi Rÿd propinquis in possessione bonorum turbari. Cum vero ostensum nobis sit, eam iustum praetextum portionis suae ex testamento mariti sui habere, neque fas sit quenquam ante possessione deturbari, quam iure sit victus: Ideo Fid. vris serio mandamus ut eandem Agnetem Rÿdowa in bonorum mariti tam mobilium quam immobilium pacifica possessione neque ipsi turbent, neque quenquam turbare permittant. Sed si quispiam iuris aliquid prae iure ipsius viduae praetendit, eo nomine iuris ordine eam conveniat, et per sententiam legitimi Iudicii ius suum vindicet. Pro gratia nostra officiique sui ratione debito secus non facient. In cuius etc.

Litera occlusa

Zÿgmunt etc. Sławni etc.

Sławnÿ wiernie nam milÿ. w sprawie Piotra Bieniewskiego nagwałcie w Warszewie poÿmanego za odesłaniem iej do nas pro informatione, uczinilismÿ dekrets nas na oboie: trzenie thego uczinku. iednak iż then Bieniewskÿ nietak enormiter wÿstąpił, abÿ bez miłosierdzia karan bÿć miał iest zdanie nasze, abÿscie przeczÿtawszÿ mu dekrets nasz do łaskawszego karania przinsie zkłonili, wola nasza iesli sie Pan vrząd zapise, że sie z Warszawÿ wÿprowadzi ÿ wiecej tam bÿwać niebedzie: tak że opokoÿ wszelaki na kazdÿm mieÿscu tak miastu iako ÿ obÿwatelom mieÿskim etc.

Cessio stationis

Sigismundus etc. Scandus etc.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nrae constitutus personaliter Nob. Joannes Schersbich recedendo a quavis iurisditione sua propria et competenti, et se quo ad actum praesentem huic nostrae iurisditioni subiiciens, de speciali consensu et voluntate nostra ultro libereque recognovit et verbis disertis